

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **De lamiis et phitonicis mulieribus**

**Molitoris, Ulrich**

**[Reutlingen], nicht vor 10. Jan. 1489**

Utrum dyabolus in forma hominis apparere et cum huiusmodi maledictis mulieribus incubando possit commisceri

[urn:nbn:de:bsz:31-248705](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-248705)

q. v. ubi textus. Illud etiam non omittendum est q̄ quedam  
mulieres scelerate retro post sathanam conuerse demonum  
illusionibus. et fantasmatibus sed uere credunt se et profite-  
tur cum dyana nocturnis horis dea paganorum. et cum he-  
rodiade. et innumera multitudine mulierum equitare sup  
quasdam bestias et multa terrarum spacia intempeste noctis  
silencio pertransire eius iussionibus obedire. veluti domine  
et certis noctibus ad eius seruitium euocari Sed utinam he  
sole in perfidia p̄issent et non multas secum ad infidelita-  
eis interitum pronocasset. Nam innumera multitudo hac fal-  
sa opinione decepta vera hec esse credit. et credendo a recta  
fide deuia et errore paganorum innoluitur. **Lunradus**  
**S**i itaqz iuxta verba canonis opinione decipiuntur. unde  
igitur prouenit. q̄ ipse mulieres et alij ciuitatibus homi-  
nes noscunt. quos etiam conuiuio interfuisse asserunt et in-  
dicia cognitionis sue ostendunt. quos tamen prius nunquam  
viderunt. neqz in huiusmodi ciuitatibus cum talibus prius  
conuersate fuerunt. **Ulricus** Hanc instantiam et si vr-  
geri videatur tū prope finem huius tractatus exemplo san-  
cti Germani soluemus. **Sigmundus** Querendum  
insuper fore existimo

Utrum dyabolus in forma hois  
apparere et cum hominibus maledictis  
mulieribus incubado possit commisceri  
b iij